

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Kórnickiej sygn. 801, k. 163v–164r

Edycja krytyczna: Maciej Mikuła

Artykuł 100

[100] Centesimus^a<cum qualicumque testimonio super iudicem querularus fuerit cum testimonio ipsum iudicem evadere oportebit *b*>

Nunc^c attendatur super eo, si scultetus aliquem inpedierit in sua querela et sibi iusticiam non fecit seu non fecerit, et hoc sibi iniuste recusat. Si pro eo coram castellano aut advocatione impulsatus fuerit cum testibus evadere oportet, sive sint scabini aut alii astantes iudicio. Sin autem hoc coram iudicio bannito actum fuerit, tunc melius vinci potest testibus iure, quam ipse testibus evadere possit. Sin autem vir cedere voluerit a testimonio et ipsum inculpate pro suo scitu, de quo unica manu evadere potest. Quando querimonia super ipsum coram advocatione fuerit pro hac causa, pro eo respondere tenetur sine mora, ita quod ibi sit iudicium bannitum, quia ipsum oportet ibi esse presentem, nisi legale inpedimentum ipsum occupaverit. Quod inpedimentum statim probare oportet. Si hoc non ostenderit et non nominare velit, et hoc per iusticiam facere denegaverit se excusare de sua iniuria, quam exercuit, et se ad iusticiam exhibere <voluerit ^d>, extunc condempnatur advocatione <scultetus ^e> in decem talentis [k. 164r] idem advocatus et illi suum debitum, de quo denegavit, facere iusticiam, et medio quo illa [s] non solvit solus, aut se iure excusaverit iudicio proximo, tunc nullus iudex esse potest, nisi se ex hac culpa eximerit, secundum ut est praemissum. Sin autem pro facto criminali, pro quo iudicium facere recusavit, sicut pro vulneribus aut homicidio, aut furtu, aut spolio, aut ecclesie violenta, aut incendium [s], aut hiis similia [s], que crimina capitalia tanguntur. Idem iudicium super eum <ire debet ^f>, quod super illum ire debuit, pro eo nec recompensam, nec aliquid facere potest, si in hiis vincitur, ut iuris est. Sin autem unus vir pro delicto in captivitatem publicam <pro debito ^e> presentatus fuerit ad tenendum iure, si ipsum ammiserit aut si evaserit absque sua culpa aut negligencia pro crimine, quod transit ad collum, pro eo solvet integram recompensam. Sin autem pro manu, tunc mediam solvit recompensam et hoc ipsum iuramento probare oportet tacto sacramento, si sibi parcere noluerit, quod ipsum absque omni sua culpa ammiserit. [^g] <Integra recompensa ^h> Integra recompensa facit decem et octo talenta, media recompensa facit novem talenta.

^a w ramce; ^b na górnym marginesie ręką komentatora B; ^c ozdobny inicjał wysokości dwóch wersów; ^d nadpisane ze znakiem wstawienia, zapewne ręką komentatora B; ^e na marginesie, ręką komentatora B; ^f nadpisane, ręką komentatora; ^g znak nowej sekcji; ^h na marginesie czerwonym inkaustem, zapewne ręką komentatora B

[hasła: sołtys, skarga, sprawiedliwość, przestępstwo sądowe, uwolnienie od skargi, ławnik, sędzia, odpowiedzialność, przeszkoda, świadek, wójt, skazanie, dług, wina, przestępstwo, kradzież, zranienie, zabójstwo, podpalenie, kara śmierci, zapłata, wynagrodzenie, przysięga, kościół]